



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Tertivs Et Qvartvs Decretalivm Libri continentur

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Consecratione Ecclesiæ, vel Altaris. Tit. XL.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95279](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95279)

n. 26. Si verò non extet, vel non sit in usu, solui debet moneta nona æstimata iuxta valorem antiquæ, vt docent Myning. cent. 4. obferu. 1. Gabr. comment. tit. de solut. concl. 1. n. 1. Boët. decis. 337. n. 13. Frederic. Martin. de iure conf. c. 5. n. 12. 1. & a. n. 12. 5. & c. 8. n. 63. Surd. conf. 368. n. 10. & censuit Rot. in vna Foroluien. censur. 11. Februarij 1602. coram Gregor. XV. impressa post d. tract. Censur. decis. 222. n. 1. & 6.

Moneta enim mutata in valore post tempus contractus debet solui illius valoris, cuius erat tempore, quo fuit celebratus contractus, vt docent plures, quos refert Cened. ad Decretal. collect. 80. n. 1. quibus adde Bodel. in tract. de monetis, & re nummaria, lib. 2. c. 23. ctm segg. Surd. conf. 335. & conf. 368. 406. & 438. Sic etiam solutio annua debet fieri secundum valorem, qui erat tempore contractus, Tiraq. de retraditu sign. §. 1. gloss. 18. n. 26. & 27. Ioseph. Ludovic. commun. concl. tit. de iure dotium, concl. 1. ex versic. dubitare contingit, & tit. de consuetud. concl. vnic. vers. inferitur decimoquinto, Ant. Gabr. commun. tit. de solut. concl. 1. Lancel. Gallia in consuet. Alexand. in gloss. solidos, q. 2. Viuiant. tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 2. n. 162. Aloyf. Ricc. in collectan. decis. p. 4. collect. 1223. Surd. conf. 454. n. 9. Put. lib. 2. decis. 149. in antiq. Rot. decis. 759. n. 1. apud Farinac. in 1. collect. nouissimarum, alias p. 4. diuers. Gasp. Roderic. de annuis redditib. lib. 2. q. 1. 5. n. 9. 2. Paul. Comit. responsor. moral. lib. 3. q. 44. n. 12. Qui quidem monetæ valor debet æstimari iuxta illius cursum, qui est loco celebrati contractus, non autem loci, vbi fuit destinata solutio, Cagnol. in l. semper in stipulationibus, n. 5. ff. de regulis iuris, Selu. de benef. p. 2. q. 11. n. 17. Seraphin. decis. 944. n. 2. Ludou. Cenc. d. art. 4. n. 39.

Moneta vnde sit dicta, & à quo tempore inceperit, vide Couar. de veterum numismat. collat. c. 1. Alberic. in Diction. verbo Moneta. Polyd. Virgil. de inuentoribus rerum, lib. 2. c. 20. Gemin. de vris comment. 1. §. 3. n. 29. ctm segg. Alex. ab Alexand. genialium dierum lib. 4. c. 15. Hieron. Roman. de Republica gentilitica, c. 4. Pined. in Monarchia Ecclesiast. lib. 4. c. 11. §. 2. in fine. Bobadil. in sua politica, lib. 1. c. 1. n. 11. Pinel. ad rubr. C. de rescindend. vendit. p. 1. c. 1. à n. 1. Felician. Solis de censib. tom. 1. lib. 4. cap. vnic. n. 16. Cur. Philip. in 2. p. lib. 1. c. 8. n. 3. Cened. d. collect. 80. n. 2.

SYMMARIUM.

1. Procuratio ratione visitationis non debetur propter priuatum oratorium.
2. Oratoria non debent procuratoris onera sustinere, illa scilicet, quæ de Episcopi auctoritate erecta, & instituta non fuerint.
3. Oratoria absque Episcopi auctoritate instituta non sunt loca Religiosa, nec Ecclesia nomine comprehenduntur.

CAP. Auctoritate. XXVII. & vlt.

Religiosi licet aliquando celebrent in oratorijs, quæ habent in grangijs suis, non tamen debent solvere procuracionem visitationis. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Anan. Host. Anchar. Henric. Panorm. Viuiant. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 402. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 523. remissuè Ximen. in concord. p. 1. & 2. Quod in Oratorijs, &c. Notatur ad hoc, quod Oratoria non debent procuracionis onera sustinere, illa scilicet, quæ de Episcopi auctoritate erecta, & instituta non fuerint, vt per Azor. in sitis moral. p. 2. lib. 3. c. 42.

quest. 1. Vnde huiusmodi oratoria sic absque Episcopi auctoritate instituta loca religiosa non esse, nec Ecclesia nomine comprehenduntur per hunc textum tenent Dec. conf. 148. n. 1. vol. 1. Sanch. de Matrim. lib. 6. disp. 15. n. 39. Paul. Fusc. de visitat. lib. 2. c. 12.



De Consecratione Ecclesia, vel Altaris.

TIT. XL.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabari. Ioan. Andr. Anan. Anchar. Put. Panorm. Guillem. Durand. in breuiario aueo, fol. 115. Ioan. de Londris in breuiarium sanctorum Canon. fol. 176. Martin. Mesnart. in epitome Decret. fol. 147. verso, Petr. de Ravenna in compend. iuris Canon. Dan. Venator. in analysi methodica iur. Pontif. à pag. 494. Goffred. & Holt. in sum. huius tit. Alex. Cassan. & Anast. Germon. in paratilis ad quinque libros Decretal. Barth. Carthag. in expositione titulum iuris Canonici, nonissime Ioan. Honor. lib. 3. summa in Decretal. omnes sub hac rubr.

De materia tituli, vide Azor. in sitis moral. p. 2. lib. 6. c. 4. ctm segg. Paul. Fusc. de visitat. lib. 2. c. 25. Fr. Ludou. Miranda in man. Prelat. tom. 2. q. 39. Ioan. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. p. 1. c. 5. Ecclesia consecrata non presumitur nisi probetur. Malcard. de probat. concl. 582. à princip. Cened. ad Decretal. collect. 135. n. 6. Et ad probandam consecrationem sufficeret vnus testis de visu, cum nullum alijs præiudicium inferatur, vt per citatos ad c. in omni negotio 4. n. 26. sup. de testibus, in dubio verò quando dubitatur an fuerit consecrata, quia non apparet in aliqua scriptura, vel libro Ecclesiæ, aut columna, vel tabula marmorea, est consecranda, Ioan. Francis. Leo d. c. 5. n. 4. vers. secundo.

SYMMARIUM.

1. Altari amoto, vel lapide continente sigillum, recondi fecerit Altare, non autem Ecclesia.
2. Altare fixum, seu stabile quod dicatur, ostenditur.
3. Altare fixum in quo differat ab Altari mobili, seu portatili, ostenditur.
4. Altare non est in Ecclesia per modum accessorii, sed per se existit distinctum.
5. Ecclesia polluta, pollutum quoque censetur Altare, non tamen Altari execrato, execrata quoque censetur Ecclesia.

CAP. Ad hoc. I.

Alex. III.

Altare si moueatur, vel lapis continens sigillum frangatur, aut diminnatur, debet de nouo consecrari Altare, non tamen Ecclesia, quia hoc non est consuetum, licet id Canones innuere videantur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Ioan. Andr. Butr. Anan. Host. Anchar. Henric. Panorm. Viuiant. in rationali lib. 3. iuris Pontif. pag. 393. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 518. remissuè Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 2. Decretal. lib. 3. tit. 2. cap. vnic.

2. Si Altare motum fuerit.] Intellige de Altari fixo, seu stabili, quod tunc dicitur quando tota mensa, super qua sacrificium celebratur, insimul, & structura inferior lapidea sunt, & ipsam componunt uniuersum Altare, eaque ratione dicitur fixum, quia structura ita coniungitur mensae lapideae, ut in ipsa coniunctura principaliter consistat substantia Altaris fixi, siue foramen ad condendas reliquias fiat, & claudatur suo sigillo in superiori parte, siue ante, siue in latere dextero, ex traditis per Panorm. in c. *proposuisti*, hoc rit. & per Syluest. Roel. Arnil. & alios Summistas verbo *Altare*, Soar. tom. 3. diffut. 81. art. 3. sect. 5. lit. D, ubi propterea subtiliter, & cum iudicio aduertit, quod si dabilis sit casus, in quo possit moueri totum ipsum Altare fixum absque eo quod separetur mensa superior a sua structura inferiori, minime execrabitur Altare, nec habebit locum dispositio huius text. cum similibus, quia substantia eiusdem Altaris fixi non requirit locum, in quo positum est, & ideo non deficit, nec destruitur per solam amotionem localem, sed potius respicit coniunctionem, qua structura cum lapide superiori coniungitur, & ideo per separationem eiusdem lapidis, & mensae ab ipsa inferiori structura remouetur, & destruitur totum ipsum Altare.

3. Differt autem Altare fixum, de quo supra, ab Altari mobili, seu portatili, quia hoc dicitur paruus lapis cum foramine, ac sigillo superimposito ad claudendas res sacras, cuius magnitudo capax sit Hostiam, & Calicem recipiendi, ut definit Panorm. Abb. omnibus receptus in presenti; est tamen inter Altare fixum, & mobile illa convenientia, quod si tantum habeatur respectus ad tabulam superiorem lapideam, super qua celebratur, neutrum constituit certam formam, seu figuram, & ideo licet frangatur ipse solus lapis superior absque eo quod amouetur, & separetur a structura inferiori, minime execratum censetur, excepto casu quando neutra pars lapidis contracti capax est Calicem, & Hostiam recipiendi. Ratio est, quia consecratio non adhaeret formae praedicti lapidis per se sumpti, sed potius materiae. Si uero habeatur respectus ad uniuersum Altare, nempe tabulam superiorem, & inferiorem structuram cui compaginatur, & coniungitur, magna est inter utrumque differentia, nam Altare portatile quamvis amouetur, & separetur ab ipsa inferiori structura, non propterea execratur, nec noua indiget consecratione, cuius contrarium dicendum in Altari fixo: ratio differentiae est, quia consecratio Altaris portatilis solum respicit ipsum lapidem superiorem, non uero structuram, cui tantum ad ornatum adiungitur, & eleuandum ipsum Altare, ac sacrificium peragendum, quod in alto fieri debet, ut ipsa uerbi etymologia demonstrat; secus est in Altari fixo si habeatur respectus ad uniuersum cum sua structura, quia sicut per separationem ab ipsa execratur, sic uidetur necessarium dicendum totum ipsum Altare coniunctum aliquam prae se ferre figuram, seu formam, cui inest consecratio, alias enim si materia tantum adhaereret, non execraretur per amotionem, seu separationem, quando si iterum coniungeretur eadem materia consecratum remaneret, nec indigeret noua consecratione, cuius contrarium habetur in c. *si motum*, de consecrat. distinct. 1. in quo quidem text. in princip. cum gloss. Card. Archid. & aliis ibid. intellige per Altare ipsam mensam lapideam, & lapidem sigillum continentem, per Ecclesiam uero totum Altaris corpus, unde sensus illius est, quod si amouetur, hoc est, separetur Altare, id est praedicta mensa Altaris fixi, de nouo Ecclesia, hoc est, totum Altare sit consecrandum, sumitur enim Altare multoties pro Ecclesia, ut in c. *quasi in* 2. q. 3. & in c. *si quis in atrio* 17. q. 4. & in c. *cum secundum praebend.*

in quo sensu dici solet quod non debet unum Altare Deo aperiri, ut aliud operiatur, notant Doctores per text. ibi, *cum causam, illo rit. de praebend.*

Propter hoc uero, &c.] Ad huius secundae partis text. intellectum aduertere oportet quod licet Altare videatur esse in Ecclesia per modum accessorij, hoc tamen uerum non est, imo per se existit distinctum, & tanquam quid principalius, quatenus solum in ipso Sacrificium celebratur, ad quod Ecclesia, & cetera omnia ornamenta ordinantur, optime Sot. in 4. dist. 13. art. 3. vers. *si templum*, & ideo licet polluta Ecclesia, pollutum quoque censetur Altare, non tamen Altari execrato, execrata quoque censeri debet Ecclesia, nec est conuersio. Ratio differentiae est, quia pollutio individualiter respicit, & concernit totum ipsum Ecclesiae corpus intra quod est Altare, & ideo quolibet polluto utrumque pollui censetur: execratio uero respicit solum subiectum destructum, siue sit Altare, siue Ecclesia, & ideo cum unum ab altero non dependeat per alterius execrationem, minime alterum execratum censetur, secus in pollutione, quae ad utrumque respicit indiuisibiliter ex modis dictis, scilicet Ecclesiam & Altare, siue mobile, siue fixum intelligas, cum in utroque eadem detur ratio; quamvis Syluest. verbo *Altare*, num. 7. & Arnil. eod. verbo, num. 12. in Altari fixo hoc tantum intelligant, quia portatile per pollutionem Ecclesiae pollutum non sit censendum, quorum opinio confunditur ex eo, quia si ipsum Altare in se pollutum sit propter Ecclesiae pollutionem parum refert, quod possit amoueri, & deferri in alium locum, si non sit in se pollutum, sed tantum per ordinem ad Ecclesiam pollutam, quali per accidens id est, quatenus est intra Ecclesiam pollutum censetur, nulla quoque inter utrumque differentia debet constitui, cum utrinque substantia non respiciat ad locum, neque per amotionem localem deficiat, ex supra resolutis.

S V M M A R I V M.

1. Ecclesia consecrari possunt diebus etiam non festis.
2. Ecclesia debet consecrari a proprio Episcopo, aut ab alio de eius consensu.
3. Procuratio debita pro uisitatione an possit etiam recipi pro consecratione, remissum.
4. Ecclesia quolibet die tam feriato, quam festino consecrari potest.

CAP. Tua Fraternitas. II.

Innoc. III.

Ecclesiae consecrari possunt tam diebus Dominicis, quam priuatis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Ioan. Andr. Anan. Bata. Hostiens. Henric. Anchar. Panorm. Viuian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 144. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 530. remissum Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Angust. collect. 3. Decretal. lib. 3. sub rit. 31. de Dedicatione Ecclesiarum, vel Altarium, cap. 1.

Quod in dioecesi tua, &c. Notatur ad hoc, quod Ecclesia debet consecrari a proprio Episcopo, aut ab alio de eius consensu, ut per Azor. in sit. moral. p. 1. lib. 10. c. 26. q. 10. Fr. Ludou. Miranda in manuali Prelatorum, tom. 2. quest. 18. art. 1. conclus. 3. & alios quos refero ego ipse de officio, & potest. Episcop. part. 2. alleg. 27. n. 2. An autem procuratio debita pro uisitatione recipi etiam possit

De Consecratione Ecclesiæ, &c. Tit. XL. 393

possit pro consecratione, vide Francisc. Leo in *The-
souro furi Ecclesiast.* p. 1. c. 5. n. 16.
4 Tam diebus Dominicis, quam prinitis.] Notatur ad
hoc, quod Ecclesia quolibet die tam feriato, quam
festino consecrari potest, Azor. *instr. moral.* p. 2. lib. 9.
t. 4. q. 3. Franc. Leo d. c. 5. n. 4. *versic. consecrantur.* Vgolin.
de officio Episcopi, c. 28. n. 2. Salzed. ad Bernard. in *pract.*
cap. 26. lit. A. *versic. Virginitatis consecratio,* Miranda *dict.*
concl. 3. in fine, Ego ipse d. alleg. 27. n. 2.

S Y M M A R I U M.

- 1 Altare debet iterum consecrari quando tabula con-
secrata mouetur, vel enormiter frangitur. Oleum
non consecratum potest misceri profano.
- 2 Oleo consecrato si miscetur oleum profanum totum
remanet consecratum.
- 3 Dignum magis attrahit ad se minus dignum.
- 4 Declaratur text. in cap. per tuas, de arbitrio.
- 5 Aqua benedicta si miscetur non benedicta tota re-
manet benedicta.
- 6 Oleo consecrato, seu aqua benedicta si miscetur li-
quor eiusdem speciei in maiori, vel etiam equali
quantitate, non totum manet consecratum.
- 7 Vno consecrato, & transsubstantiato si eadem vini
species in minori quantitate miscetur, nunquam
tale vinum sic permixtum conuertitur in sangui-
nem Christi.

C A P. Quod in dubij. III.

1 **A**ltare debet iterum consecrari quando tabula
consecrata mouetur, vel enormiter frangitur.
Item oleum non consecratum potest commisceri oleo
consecrato, & totum fit consecratum. Colligitur ex
Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Ioan. Andr.
Butr. Anan. Hostiens. Anchar. Henric. Panorm. Viuian.
in *rationali* lib. 3. iuris Pontif. pag. 4. 14. Alagona in *com-
pend. iuris Canon.* pag. 520. remissit Ximen. in *con-
cord.* part. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 5.
Decret. lib. 3. sub tit. 31. de dedicat. Ecclesiæ, vel Altaris,
cap. 2.

Vide quæ dixi ad c. 1. *supr. hoc tit.*

- 2 Nec negamus, &c.] Probat id text. quod si oleo con-
secrato miscetur oleum profanum, totum remanet
consecratum, *Fusc. de visitat. lib. 1. c. 6. n. 10.* ex quo po-
tissimum deduci solet vulgare axioma, quod magis
dignum attrahit ad se minus dignum, de quo Dec. in
cap. ex literis, n. 4. de *constit.* Tirag. de *retract. lign.* s. 1.
gloss. 7. n. 82. Menoch. *conf.* 2. n. 227. Hieronym. Giach.
in *consil. syndicatorum*, n. 329. Ferrer. in *consil. Carbalonia*,
gloss. 2. n. 56. Anton. Gom. *variæ rom.* 3. c. 10. n. 6. Sanch.
de *Matrim.* lib. 3. disp. 29. n. 8. Pichard. ad §. 7. n. 3. *instrit.*
de *fideicommiss.* hered. Monet. de *decim.* c. 9. q. 5. n. 258.
Bened. Egid. in *repetit. lib. 1. c. de Sacrosanct.* Eccles. p. 3.
§. 1. num. 14. Illustiss. D. meus Roderic. à Cunha in
comment. ad cap. de ieiunio 3. num. 3. dist. 76. Ego ipse in
tract. Axiomatium iuris c. 1. *supr. freq. Axiom.* 72. num. 1. & 2.
vbi intelligitur quando æquè principaliter datur con-
secratus.
- 4 Vnde nonnulli inferunt intellectum ad text. repu-
tarum difficilem in cap. per tuas, de arbitrio. vbi constat va-
luisse arbitrium à duobus laicis, & vno clerico pro-
nuntiatum in causa Ecclesiastica, de qua ibi agebatur
cum tamen laici in tali causa arbitrium suum ferre ne-
queunt, & text. in c. contingit, eod. tit. rationem assignat,
quod persona clericalis, quæ habuit se per modum di-
gnioris, extraxit ad se minus dignum, nempe indecen-

tiam laicorum, id quod in causa fuit ut arbitrium va-
luerit, sequuntur Gloss. & Doctores in d. cap. contingit.
Felin. in c. 2. num. 8. de iudic. vbi dicit communem Rip.
num. 12. Dec. in c. ex literis, num. 8. de *constit.* Gomez. in
c. statutum, num. 53. eod. tit. in 6. & plures alij relati per
Covar. *practico.* c. 14. n. 1. col. 1. Obstat tamen maxime
aduersus prædictum intellectum quod supradicta re-
gula, videlicet magis dignum attrahit ad se minus di-
gnum, tantum habet locum quando id, quod est
dignius, habet se per modum principalis, ut in l. qui
religiosis ff. de rei vendicat. iuncta reg. accessorium, ff. de
regulis iuris in 6. non verò quando vtrumque æquè
principaliter concurrunt, propterea concurrunt iudices, vel
arbitri in exercitio iurisdictionis, & potestatis sibi
commissa, tunc vtrumque vitatur propter mixturam
indignioris, si sit incapax, optime in specie text. in
cap. Pedius, l. 1. de receptis arbitri. Melius igitur text. ille
in d. cap. per tuas, procedit ex auctoritate Episcopi,
quæ interfuit in tali compromisso ad effectum, ut laici
possint arbitrari, propterea possunt eadem interueniente
auctoritate ne dum in causa Ecclesiæ civili, de qua
illic agebatur, sed etiam in spirituali, quantumvis de-
legati iudices constituti nequeant, argum. text. in c. 2.
de iudicis, iunctis ibi traditis per Doctores, præcipue
Felin. d. n. 8.

Redeundo igitur ad id, quod principale est perti-
nens ad materiam de qua agimus, illud certum est
quod sicut oleum consecratum non execratur per
commixtionem alterius olei non consecrati, imò so-
lum consecratum remanet, sic etiam idem est dicen-
dum si aqua benedicta non benedicta miscetur, cum
in vtroque casu eadem sit ratio secundum omnes
ex Syluest. num. 1. Angel. Armil. & cæteris Summistis
verbo aqua, colligitur ex traditis per Sot. in 4. dist. 10.
q. 2. art. 2. Soar. in 3. part. 1. D. Thoma. q. 77. art. 8. dist. 58.
sect. 4.

Dubium autem controuerti solet, an hoc habeat
locum non solum quando in minori quantitate oleum
consecratum, vel aqua benedicta consecratis com-
miscetur, sed etiam quando in quantitate æquali,
vel maiori? & quod tunc idem dicendum sit, tenent
Angel. d. verbo aqua, & alij, propterea referunt Syluest. &
Armil. dictis locis. Sed contraria sententia verior vide-
tur, nempe quod si oleo consecrato, seu aqua bene-
dicta miscetur liquor eiusdem speciei in maiori, vel
etiam æquali quantitate, non totum maneat consecra-
tum, quam opinionem tenuit Supplem. & Sylu. d. verbo
aqua; non obstat text. huius reg. ea enim procedit so-
lum, quando virtus naturalis dignioris maior est,
quam indignioris, idque non potest considerari, quo-
ties minus dignum in maiori, vel etiam æquali quan-
titate commiscetur, propterea consecratio, & sanctifi-
catio olei, & cuiuslibet rei inanimatæ consideratur,
non quidem intrinsecè, sed potius per quandam ex-
trinsecam denominationem ab Ecclesia statutam, quæ
voluit eandem consecrationem extendi ad partes ex
post facto mixtas, iuxta text. in *presenti*, planè hæc de-
nominatio, & hic respectus deperditur quoties liquor
profanus in maiori, vel etiam æquali quantitate com-
miscetur, alioquin sequeretur per guttam olei conse-
crati, seu aquæ benedictæ totam amphoram olei non
consecrati, seu aquæ non benedictæ consecrari, quod
quam sit absurdum, nemo non videt, ut rectè arguit
Syluest. d. loco.

Quæ autem sit diuersitatis ratio, quare si vino con-
secrato, & transsubstantiato eadem vini species in mi-
nori quantitate miscetur, nunquam tale vinum sic
permixtum conuertitur in sanguinem Christi, oleo
verò consecrato, seu aqua benedicta si miscetur li-
quor eiusdem speciei non consecratus in minori quan-
titate

REBOSA
lus Can.

213
GV
18

titate, totum maneat consecratum, dictum est infra
ad c. cum Marthe. s. quas iusti, vers. preterea, c. celebrat.
Missarum.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia, qua propter homicidia, & vulnera hominum ibidem perpetrata, polluta est, reconciliari debet.
- 2 Ecclesia polluitur, & reconciliatione indiget quoties homicidium voluntarium, & iniuriosum intra ipsam ab aliquo patratum.
- 3 Homicidium casu contingens, vel ab aliquo patratum, qui non sit compos mentis, non polluit Ecclesiam.
- 4 Homicidium iustum, quod scilicet per iustam indicis sententiam inferitur, an polluat Ecclesiam, ostenditur.
- 5 Ecclesia per martirium alicuius sancti a Tyranno, vel Hæretico in ea perpetratum, polluitur.
- 6 Ecclesia consecranda est quando nescitur ambiguntur, an sit consecrata.

C A P. Proposui. IV.

1 Ecclesia quando est polluta propter homicidia, vel vulnera hominum, debet reconciliari per aquam benedictam cum vino & cinere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Anan. Host. Henric. Anchar. Panorm. Viuian. in ration. lib. 3. inris Pontif. pag. 415. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 530. remissive Ximen. in concord. p. 1. referunt ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 3. sub tit. 31. de dedicat. Ecclesie, vel Altari, c. 3.

2 Homicidia contingunt fieri, &c. [Notatur ad hoc, quod Ecclesia polluitur, & reconciliatione indiget, quoties homicidium voluntarium, & iniuriosum intra ipsam Ecclesiam ab aliquo patratum, ut per Azor. instit. moral. p. 2. lib. 9. c. 5. q. 1. Dec. tract. crimin. lib. 6. c. 24. à n. 26. & plures alios, quos refero ego ipse de officio & potest. Episc. p. 2. alleg. 28. n. 30. id quod omnes intelligunt etiam si tale homicidium citra sanguinis effusionem, veluti per suffocationem, vel aliter contingit, de quo est gloss. ab omnibus commendata, in c. unic. hoc tit. lib. 6. cum qua ibi transeunt Archid. Dominic. Franch. Anch. & ceteri scribentes, nec non Host. Butr. & Abb. in presenti, & constat auctoritate huius text. ubi simpliciter de officio fit mentio, quod proprie intelligitur prædicto modo, scilicet quantumcumque nulla detur sanguinis effusio, iuxta text. ubi omnes notant, in l. qua actione, ff. ad legem Aquil. ibi: Occisum accipere debemus, siue gladio, siue fuste, vel telo, vel manibus si forte stranguauerit.

3 Dixi voluntarium, quia aliàs si involuntarium fuerit, nempe casum contingens, veluti si cadente lapide, vel alio casu fortuito alicui existenti intra Ecclesiam mors contingat, vel ab aliquo, qui non sit compos mentis, quis existens intra Ecclesiam interficiatur, minime per hoc Ecclesia polluta dicenda erit, sicut etiam polluta censeri non debet ob homicidium ab ebrio, qui ebrietatis furore extra se totaliter positus est, vel ab aliquo dormiente inter somnandum, aut denique ab aliquo, qui se defendendo seruato, ut aiunt, moderamine inculpate tutelæ, alium occidit, quæ omnia colliges ex dictis per me d. alleg. 28. n. 13. & 16.

4 Dixi iniuriosum, nam si homicidium iniuriosum non sit, Ecclesia minime polluta censenda erit: unde dubium videtur quod Doctores communiter tradunt,

pollui scilicet Ecclesiam ex homicidio iusto, quod per iustam indicis sententiam inferitur, veluti si reus in Ecclesia suspendatur, ut docuit D. Antonin. p. 3. tit. 1. c. 20. §. 4. & post Vivald. & alios Sayr. de censur. lib. 5. cap. 16. n. 13. Confirmatur difficultas ex resolutis per Tirag. in summ. lib. 1. cap. 16. num. 4. Anil. de censur. p. 5. disp. 7. asserentes non pollui Ecclesiam si index mittat sagittam, & percutiat perturbatorem Reip. in Ecclesia existentem, quem aliter capere non potest. Sed recte defenditur communis, nec obstat casus iste de Reip. perturbatore, specialis enim est, ex notatis à Doctores per text. ibi in cap. perpendimus, de sentent. excomm. & ita utrumque casum bene distinguit Emman. Si in aphorism. verbo Ecclesia, n. 13. Ad argumentum verò, quod tale homicidium iniuriosum non sit, responderet Soar. tom. 3. disp. 8. §. 4. in princip. iniuriosum esse posse reo, quia licet supplicio dignus sit, ius tamen habet ne in tali loco talem vim patiatur, deinde esse iniuriosum loco sacro, & ipsi Deo, in cuius honorem Ecclesia specialiter dicatur, & consecrata est, iuxta text. in c. 1. & per totum hoc tit. lib. 6. Confirmatur ex resolutione eorum, qui tenent quod licet coitus coniugalit de se licitus sit, in Ecclesia tamen extra casum necessitatis censetur illicitus, & Ecclesiam polluit, ut verius, & receptius esse post Nanar. & Henric. comprobant infinitis adductis Sanch. de Matrim. lib. 9. disp. 15. à n. 7. Sayr. d. cap. 16. à num. 19. Soar. d. sect. 4. vers. videntur violantur.

His etiam casibus annumerandum putat Abb. in presenti, n. 2. in fine, homicidium, seu martirium alicuius sancti, si à tyranno, vel hæreticis in Ecclesia committatur, cum enim per sancti mortem, seu martirium Ecclesia consecratur, cap. quauis 22. dist. cap. fundamenta, vers. isti sunt, ibi, ipsam glorioso erunt martyri Christo Domino consecratur, de elect. lib. 6. non potest dici Ecclesiam pollui, seu fœdari, sed magis illustrari. Verum contrariam sententiam tenuit gloss. verbo sanguinis, ad fin. in c. 1. hoc tit. lib. 6. quam sequuntur constantissime scribentes communiter, Iacob. de Grass. in anreis decif. p. 1. lib. 2. c. 48. n. 24. Sayr. d. c. 16. n. 14. vers. item citatis locis, adducentes rationem efficacem, quia quod sanctior est, qui occiditur in Ecclesia, eo gravior eidem Ecclesie inferitur iniuria, & licet ex effusi sanguinis passione Ecclesia consecrata maneat, ex actione tamen effundentis sanguinem, hoc est, accidentis, iniuriosum est, & sacrilegium homicidium, iuxta illud: Actio displicuit, passio grata fuit.

In gloss. Reconciliari, ibi, si dubitatur an sit consecrata, 6 Notatur ad hoc, quod Ecclesia consecranda est, quando nescitur, ambigitur sit consecrata necne, nec appareat vllum consecrationis indicium, siue argumentum, ut per Azor. instit. moral. p. 1. lib. 18. c. 26. q. 12. & p. 2. lib. 9. c. 4. q. 5. Franc. Leo in thesaur. fori Ecclesiæ, p. 1. c. 5. n. 4. vers. secundò, in dubio enim non presumitur consecrata Ecclesia etiam per diuinitatem temporis cap. Ecclesie, cap. solemnitates, de consecr. dist. 1. Mascard. de probat. concl. 415. & 582. ubi in fin. distinguit inter Cathedrales Ecclesias, quæ presumuntur consecrata, & inferiores, quæ tales non presumuntur, refert Ioan. Bapt. Costa remed. sub sid. remed. 116. num. 8. Cæterum dignoscitur Ecclesia consecrata, vel ex scriptura, seu instrumento donationis, vel ex antiquis libris Ecclesiæ, veluti columna, ex saxo, aut tabula marmorea vel ex crucibus rubris pictis ad parietes Ecclesiæ, ut animaduertit Costa remed. 116. n. 7. vel ex dicto testis, etiam si vnus sit, ut resoluunt Doctores per me citati in collect. in cap. in omni negotio, n. 25. de testib.

CAP. Cùm sis. V.

- A**ltaria plura, complurisque Episcopi possunt in una Ecclesia, & una Missa consecrari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anan. Butr. Host. Henric. Anchar. Panorm. Viuian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 415. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 531. remissive Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 4. Decret. lib. 1. sub tit. de usu, & actione pallij, cap. vnic.
- E**t plures Episcopi, &c.] De consecratione Episcoporum, late dixi de officio, & potestate. Episcop. p. 1. tit. 1. c. 5. & aliqua obseruanda cùm plures simul Episcopi consecrantur, ponit Castald. in praxi ceremon. lib. 1. sect. 10. c. 5.

SYM MARI VM.

- E**cclēsia minimē execrata censetur quando corruit tectum integris, & illis remanentibus parietibus, &c. n. 2.
- E**cclēsia consecratione non indiget, quando parietes non simul, & in totum, sed paulatim, seu per partes destruntur, & successiue reparantur.
- E**cclēsia totum adificium quando, siue casu fortuito, siue consilio destruitur, & corruit in totum quoad tectum, & parietes, tunc minimē retinet antiquam consecrationem, nisi eo animo destruitur, ut iterum ex eadem materia reedificetur.

CAP. Lineis. VI.

- E**cclēsia & Altare non debent denuō consecrari, si corruiat totum tectum, & parietes sint illasi, & tabula, vel mensa Altaris non sit mota, nec enormiter lesa, licet in sua extremitate sit modicum fracta. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Anan. Host. Anchar. Henric. Panorm. Viuian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 393. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 531. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 2. Decret. lib. 3. tit. 14. cap. vnic.
- H**anc eandem concl. ex hoc text. desumunt Sylu. 2. q. 4. & Tabien. 2. §. 1. Durand. in rationali Diuinorum lib. 2. c. 6. n. 31. Soar. tom. 3. q. 83. disp. 81. art. 5. dist. 1. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 1. c. 26. q. 12. Ratio est, quia Ecclesiæ consecratio habet tantum respectum ad Ecclesiam ipsam, quatenus ex lapidibus compaginatur, & construitur, & ita potius respicit parietum formam, quam vniuersi adificij, per consecrationem namque constituitur in statu diuinæ domus quam non aliter repræsentat nisi iuxta lapidum dispositionem, iuxta illud, quod in illius dedicatione decantat Ecclesiā: *Quæ constituitur in Calis vniuersis ex lapidibus*, & iterum ibi, *expositi lapides suis coaptantur locis*, & inde est, quod solemnitas consecrationis tantum parietibus, & lapidibus adhibetur. Fit etiam, ut si parietes ipsi igne decrustentur intus, & exterius, Ecclesiā ex eo execrata censetur, ut notat gloss. verbo *exusta in cap. Ecclesiis*, per text. ibi, *de consecrat. dist. 1.* præter alios Durand. a. loco, facit text. in l. domum, ff. de contrab. empt.
- I**llo verò casu Ecclesiā consecratione non indiget, quando parietes non simul, & in totum, sed paulatim, seu per partes destruntur, & successiue reparantur,

tunc enim pars habita per modum accessorij etiam consecrata habebitur, unde etiam si cursu temporis vniuersa materia, quæ antea erat modò non extet, sed noua in totum superueniat, adhuc non erit Ecclesiā iterum consecranda, sed ad summum aquæ tantam benedictæ asperzione exorcizanda, de quo est text. in c. de fabrica, vers. & ideo, in iuncta gl. verbo *innouata, de consecr. dist. 1.* gloss. verbo *parietibus in presenti*, & in c. proposuisti, verbo *reconciliari*, & hæc resolutio est de mente Doctorum omnium in illis iuribus, ut notarunt scribentes in c. 3. & in c. sicut, de Indeis. Ratio huius resolutionis duplex assignari potest. Prima est, quia dum Ecclesiā paulatim, & successiue reficitur, magis dignum attrahit ad se minus dignum, arg. text. in l. qui Religiosi, ff. de rei vendic. & quod in dubijs, hoc tit. & c. vnic. eod. tit. lib. 6. Secunda ratio est quia licet ex noua materia paulatim à primis fundamentis reficiatur, non ideo definit esse eadem Ecclesiā, arg. text. in l. quod in rerum natura, ff. de leg. 1. & l. proponebatur, ff. de iud. & l. grege, ff. de leg. 4. quibus iuribus constat à simili quòd populus, seu communitas licet cursu temporis amittat personas illas, quas habebat tempore, quo actus nomine eiusdem communitatis fuit celebratus, & nouæ personæ superueniant, non ideo minus definit esse eadem communitas, ac proinde actus, & obligatio semel contracta nomine populi, & communitatis dicitur perdurare: unde fit, ut votum, seu iuramentum nomine communitatis emissum obliget successores, quia communitas ex mutatione personarum non mutatur, imò eadem semper reputatur, innctis in hoc traditis per Bald. in d. l. proponebatur, Azeued. ad Curiam Pisanam, lib. 4. c. 5. Anil. ad cap. Prætorum, c. 19. in verbo *privilegijs*, n. 3.

Quando verò totum Ecclesiæ adificium, siue casu fortuito, siue consilio destruitur, & corruit in totum quoad tectum, & parietes, tunc minimē retinet antiquam consecrationem, quæ ideo de nouo illi est adhibenda, de quo est gloss. verbo *innouata*, & in c. de fabrica, de consecr. dist. quatenus distinguit inter eum casum, quando infimul, & in totum destructa est Ecclesiā, & quando per partes reficitur à primis fundamentis, similis gloss. in c. proposuisti, sup. hoc tit. & in domo priuata quoties prædicto modo destruitur, scilicet infimul, & in totum, quod non censetur eadem domus, nec daret obligatio respectu illius, quamvis de nouo reficiatur, est text. in l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verb. oblig. & in l. qui res, §. aliam, ff. de solut. opt. text. in c. Indei, & in c. sicut Indei, de Indeis, innctis vtrobique glossis, & Doctoribus, quatenus concedunt prædictis Indeis veteres Synagogas reficere non verò nouas reedificare, & adificium sic reedificatum non dicitur vetus, quod antea erat, sed de nouo constructum; facit etiam quia Ecclesiā destructa minimē gaudet privilegijs concessis Ecclesijs, ut per Tiraq. & Sanch. quos citati ad c. Abbate 25. n. 11. infra. de verborum signif. pag. 489. quibus adde Curt. conf. 26. Albert. Brun. in tract. de interitu, & precept. concl. 5. per tot. Belon. conf. 1. n. 7. Erasmi à Cochier. de iurisd. Ordin. in exē. pros. p. 3. q. 19. per tot. ad plura inferentes: per quæ iura relata ita post Archid. & Card. in d. c. de fabrica, & alios in d. c. proposuisti, tenent Syluest. verbo *consecratio* 2. q. 4. Tabien. eod. verbo, 2. §. 1. Armil. §. 2. Durand. d. n. 31. Nau. in man. c. 27. n. 253. Henric. in sum. lib. 9. de Missa, c. 27. §. 5. in fin. Quæ quidem resolutio ampliatur, ut procedat etiam quando Ecclesiā infimul, & in totum destruitur eo animo, ut iterum ex eadem materia reedificetur, adhuc enim si parietes corruiant in totum, vel pro maiori parte, erit Ecclesiā execrata censenda, & nouiter consecranda, prout sentiunt præcitati Doctores, ad quod est text. opt. in d. §. sacram, in fine, ubi quando domus funditus, & simul destruitur, licet eo animo

animo, ut iterum reficiatur, non censetur postea reedificata eadem, sed diversa domus, & ideo expicit obligatio respectu eiusdem, pro ut ibi notant scribentes omnes, & in d. l. qui res, §. aliam, ff. de solut. Sed obstat quod si navis destruitur eo animo, ut ex eisdem tabulis, & ex eadem materia iterum reficiatur, censetur esse eadem navis, & durat obligatio respectu eiusdem, pro ut habetur in d. §. sacram, & in d. §. aliam, unde videbatur similiter dicendum in domo eodem animo destructa, & per consequens in Ecclesia materiali, maxime navi equiparatur, ex text. in c. non turbatur, 2. q. 1. & in c. ante omnia 40. dist. Verum satis fit si ex mente Bart. Paul. Alex. & la. ibid. respondeatur peculiariter, & utilitatis causa introductum fuisse in navem, & cum sit res mobilis eius natura, ut hinc inde amoveri soleat, ita participet ex animo, ut minime extinguatur obligatio respectu eiusdem, si novae refectiois animo destruitur, & ex eadem materia reficiatur, quali potens sit animus hoc operari, quae ratio cessat respectu domus cum sit res immobilis, arg. text. in l. ius singulare, ff. de legib.

SUMMARIUM.

- 1 Cæmeterium polluitur si excommunicatus in eo sepeliatur, & n. 2.
- 3 Cæmeterio polluto ob sepulturam excommunicati, non ideo polluitur Ecclesia, bene tamen est converso si cæmeterium Ecclesia sit contiguum.
- 4 Cæmeterium, seu Ecclesia, an censetur polluta quando per Episcopum excommunicatum consecratur, remissive.
- 5 Excommunicati, qui cum signis penitentiae decesserunt, & absolutionem dum viverent petierunt, sed morte præventi absoluti non sunt, an Ecclesiastica sepultura priuenter, remissive.
- 6 Cæmeterium debet esse ab Episcopo benedictum.

CAP. Consulisti. VII.

- 1 Excommunicatorum corpora si sepeliantur in cæmeterio, illud polluitur, & est reconciliandum asperione aquæ solemniter benedictæ, ut fit in dedicatione Ecclesiæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anan. Host. Butr. Henric. Anch. Panorm. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 416. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 531. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 4. Decret. lib. 3. sub tit. de celebr. Diuin. offic. c. 1.
- 2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Host. in summ. sub hoc tit. n. 7. Nauar. in man. c. 27. n. 257. ad finem, Henric. in sum. lib. 9. c. 27. §. 5. & lib. 13. c. 51. §. 3. & post Palud. Sylvest. & alios Sayr. de censur. lib. 2. c. 4. n. 11. & lib. 5. c. 16. n. 22. & post eum Auil. eod. tract. p. 5. dist. 7. dub. 1. vers. tertius casus, Soar. tom. 3. dist. 81. sect. 4. vers. quarto, & de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. c. 2. a n. 3. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 32. n. 17. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 10. c. 26. q. 13. vers. tertio, & p. 2. lib. 9. c. 54. 1. vers. quarto. Ant. Ricc. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib. 4. c. 90. a n. 19. Fr. Ludou. Miranda in man. Prelat. tom. 2. q. 39. art. 5. concl. 1. vers. tertius casus, Vgolin. de potest. Episc. c. 29. §. 4. & alios per me citatos de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 28. n. 52 qui omnes recte notant si in cæmeterio excommunicatus sepeliatur, non ideo eo polluto pollui Ecclesiam, licet è converso polluta Ecclesia cæmeterium pollui, si eidem sit contiguum, ut formaliter in utroque membro decidit text. in cap. vnic. hoc tit.
- 3

lib. 6. & constat ex relatis per Henric. d. §. 5. Sayr. ad c. 16. n. 28. Ceterum ad Sextum collect. 11. n. 7. rationem reddit idem text. quia accessorium naturam sequitur principalis, non è contra principale suum sequitur accessorium, nec minus dignum trahit ad se magis dignum, iuxta reg. cap. quod in dubiis, supr. hoc tit. cum similibus.

Utrum autem similiter cæmeterium, seu Ecclesia polluta censetur quando per Episcopum excommunicatum consecratur, vide Fr. Emman. in summa, tom. 1. c. 153. n. 2. concl. 2. Soar. dict. sect. 4. vers. quarto violatur Ecclesia, ubi negatiuam sequuntur opinionem.

Utrum verò excommunicati, qui cum signis penitentiae decesserunt, & absolutionem dum viverent petierunt, sed morte præventi absoluti non sunt, Ecclesiastica priuenter sepultura, dixi ad cap. ad hoc §. n. 12. de privileg. pag. 352. ubi n. 6. plura de etymologia verbi cæmeterium, & n. 8. utrum si cæmeterium auctum sit sine Episcopi auctoritate, in ea parte aucta possit excommunicatus sepeli.

In gloss. Cæmeteria, ibi, & cæmeterium cum sit consecratum. Ergo non sufficit quod in eo sepeliantur corpora mortuorum ad hoc ut dicatur locus sacer, & religiosus, sed requiritur, ut sit ab Episcopo benedictum, Clem. 1. ubi gloss. verbo cæmeteris, de sepult. & ibid. Anchar. num. 4. Vitalin. sub num. 14. Innoc. in cap. abolenda, n. 2. in fine, de sepult. Stephan. Gratian. Marchia decif. 26. n. 4. At vero quando à multo tempore citra in aliquo loco cadavera sepeliuntur cum permissione, ac etiam acquiescentia Episcopi, & ab omnibus communiter pro cæmeterio diu fuerit reputatus, debet præsumi quod locus fuerit delinatus ad sepulturam mortuorum, & insimul ab Episcopo benedictus, licet verè, & realiter benedictione careat, ut notant Card. Zabar. in d. Clem. 1. n. 10. in fine, & n. 11. circa med. vers. & hoc verius, de sepult. quem sequuta est Rota in Casarugustana dedicationis 18. Februarii 1625. coram bonæ memoriæ Patriarcha Manzanedo.

SUMMARIUM.

- 1 Ecclesiam faciens consecrari, tenetur eam dotare, & n. 2.
- 3 Ecclesiam nullus debet dedicare, seu consecrare nisi fuerit antea eidem Ecclesiæ assignata dos competens.
- 4 Ecclesiæ dos ante constructionem conscribi debet.

CAP. Cum sicut. VIII.

Honor. III.

Ecclesia non est consecranda nisi prius ei fuerit prouisum de dote, & qui illam facit consecrare, tenetur eam dotare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Host. Anchar. Henric. Panorm. Viuian. in rationali lib. 3. iuris Pontif. pag. 416. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 531. remissive Ximen. in concord. p. 1.

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Lambertin. de inepatron. lib. 1. p. 29. §. art. 10. Julian. Viuian. praxi iuristarum. part. 1. lib. 2. c. 4. num. 25. quos refero ego ipse de officio, & potest. Episc. part. 3. alleg. 70. n. 29. Nullus enim debet dedicare, seu consecrare Ecclesiam aliquam, nisi fuerit antea eidem Ecclesiæ assignata dos competens, ceterum, de consecrat. dist. 1. ubi

De Consecratione Ecclesiæ, &c. Tit XL. 397

vbi gloss. penult. & Archid. n. 4. ac Turrecrem. q. 6. Abb. p. c. 1. n. 1. de censib. Rot. decis. 1. 4. n. 5. p. 2. diuers. Bald. conf. 1. 3. 2. vol. 3. Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de Clerico debitor. 6. 1. 4. n. 2. Quæ autem dos debeatur Ecclesiæ, & quando tradi debeat, vide Lambertin. d. q. 5. Duen. reg. 1. 2. Roch. de iurepatr. verbo constructi, q. 2. n. 4. cum segg. & verbo dotauit, q. 5. Inl. Vin. d. c. 4. per totum, & alios plures quos citauit de offic. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 27. n. 1. latè Bellet. d. 5. 5. per totum.

4 In gloss. Consecranda, ibi, nec etiam fundanda nisi prius competens dos fuerit ei assignata. Notatur ad hoc, quod ante constructionem Ecclesiæ dos consti- ni debet, Viuiam. d. c. 4. n. 23. vbi cum Abb. hic n. 3. & 4. resoluit constructorem Ecclesiæ, quæ sine dote fuit edificata, posse ad eam dotandam directè compelli officio iudicis Ecclesiastici, additque paronū cogi posse pro dote, & eius supplemento si sit fundata, & consecrata, non tamen dotata, qui tamen si non soluendo sit, sed tempore consecrationis fuit cautè prouisum per instrumentum, tunc is tenetur, cuius culpa non fuit dos exacta; si autem non fuit cautè prouisum, tunc tenetur consecrator, dummodo id fiat sine enormi latione Ecclesiæ, & fiat de bonis patrimonialibus consecratoris, vel de fructibus Ecclesiæ ipsius, de quo latè Lambertin. d. quest. 5. art. 18.

SVMMARIVM.

- 1 Ecclesia polluta per Sacerdotem simplicem reconciliari non potest, etiamsi aqua fuerit per Episcopum benedicta.
- 2 Ecclesia violata reconciliari, si sit consecrata per Episcopum, facienda est per aquam cum vino, & cinere benedictam, per simplices autem sacerdotes reconciliari non potest, etiamsi in contrarium sit consuetudo.
- 3 Aqua benedicta quot sint genera, & de eius virtutibus, & antiquo vsu in Ecclesia contra demones, remissine.

CAP. Aqua IX.

Gregor. IX.

1 Ecclesiam pollutam non potest simplex Sacerdos etiam de mandato Episcopi reconciliare cum aqua per Episcopum benedicta, sed debet ipsemet Episcopos, quia licet possit committere, quæ sunt iurisdictionis, non potest ea, quæ sunt Ordinis, & consuetudo contraria est corruptela. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Bnt. Hostiens. Henric. Anchar. Panormit. Cened. collect. 135. Viuiam. in rationali lib. 3. iuris Pontificij, pag. 417. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 532. remissine Casal. in annor. & Ximen. in concordant. p. 1. & 2.

2 Collige ex text. Ecclesiæ violatæ reconciliationem (si sit consecrata) per Episcopum faciendam esse per aquam cum vino, & cinere benedictam, per simplices autem Sacerdotes reconciliari non posse, etiamsi in contrarium sit consuetudo, vt per Fusch. de visitat. lib. 2. c. 2. n. 12. & 13. Sot. in 4. dist. 1. 3. q. 2. art. 3. vers. quod si fuerit consecrata, Læl. de Zanch. de priuileg. Eccles. priuileg. 4. ex n. 2. Cened. d. collect. 1. 3. 5. n. 1. Fr. Ludou. Miranda in man. Pralat. tom. 2. q. 38. art. 8. concl. 2. Azor. in sit. moral. p. 1. lib. 9. c. 5. q. 5. Vgolin. de potest. Episcop. c. 29. §. 8. n. 1. & alios plures, quos refero ego ipse de Barbos. Collect. Tom. II.

offic. & potest. Episcop. p. 2. alleg. 28. n. 55. & infra ad c. ult. n. 2. hoc tit.

Reconciliatio Ecclesiæ voluntariè, illicitè, iniuriôsè, & publicè pollutæ per magnam effusionem sanguinis, aut feminis humani, debet fieri expensis illius, qui eam violauit, si est soluendo, alioquin si Ecclesia esset curata, & violator esset pauperculus, reuiceretur onus in Parochum, quatenus eius redditus essent idonei ferendo, nisi oppositum inberet consuetudo, aut statutum. At vbi Parochus, & ipse pauper esset, tunc sumptibus Parochianorum, & post eos in subsidium, scilicet in defectum omnium debet Episcopus suis expensis Ecclesiam reconciliare, c. Ecclesiis 68. dist. cap. Ecclesiis, de consecrat. dist. 1. Nauar. man. c. 27. n. 256. cum seg. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. p. 1. c. 5. n. 18. vbi eadem vitur distinctione quando ignoraretur auctor pollutionis, refert & sequitur Ioan. Bapt. Cost. de remed. subsid. remed. 116. n. 1. vbi n. 3. resoluit quod si Ecclesia polluta esset Regularis sine cura animarum, atque ignoraretur quis violauerit Ecclesiam, vel etiam seiretur, sed is non esset soluendo, tunc nec populus, nec Episcopus teneretur.

De aquæ benedictæ quatuor generibus, & eius Effectibus, antiquoque vsu in Ecclesia contra demones, vide latè Marfil. Column. Archiepiscopum Salernitanum in speciali tract. de aqua benedicta. VValfrid. Strabo de rebus Ecclesiæ. c. 29. & 30. Raban. Maur. in insit. Cleric. lib. 2. c. 55. Turrecrem. in speciali tract. de aqua benedicta, Benzon. de Tubileo, c. 7. a fol. 4. 1. usque ad 434. Theod. lib. 6. histor. triparte. 33. Guillelm. Durand. in rationali diuinorum, lib. 4. c. 4. n. 10. Paul. Fusch. de visit. lib. 1. c. 7. n. 3. cum segg. Stephan. Durant. de ritibus Ecclesiæ, lib. 1. c. 21. n. 2. Fr. Hieron. Roman. de Republ. Christiana, lib. 4. c. 22. Henric. in summa. lib. 4. c. 15. §. 8. lit. E, Azor. in sit. moral. p. 1. lib. 4. c. 10. q. 4. & part. 2. lib. 9. c. 15. per totum, Card. Casar. Baron. annalium Ecclesiæ, tom. 2. anno Christi 132. pag. mihi 62. Martin. Delt. disquisit. magic. lib. 2. c. 2. sect. 3. quest. 3. pag. mihi 523. Galgancet. de iure publico, lib. 2. c. 65. Emman. do Valle de incantation. & ensalmis, sect. 2. c. 11. num. 6. & 27. & c. 13. num. 8. me citato in hoc loco; Laur. variat. lucubrat. tit. 2. c. 3. ex n. 65. Et de multis miraculis per aquæ benedictæ virtutem, vide Henric. d. lit. E. Cardin. Baron. tom. 3. anno Christi 307. pag. 284. & tom. 7. anno Christi 537. pag. 271. Et de vsu aquæ apud Hebræos, & Gentiles ad expiationem, & abluionem, vide Ioan. Pined. super Job. p. 1. c. 9. pag. 369. Et quod aqua benedicta demones fugat, Theodor. lib. 5. histor. Eccles. c. 21. Gretfer. de Cruce, lib. 4. c. 36. Torreblan. lib. 2. de magia, cap. vltim. ex num. 35. idque cacodæmones Indiis confellos natrat Francisc. Gomera in histor. Mexicanæ cap. 235.

SVMMARIVM.

- 1 Ecclesia etiam non consecrata si polluitur reconcilianda est.
- 2 Ecclesia etiam non consecrata, sed tantummodo benedicta, reconciliari potest per quemcunque simplicem Sacerdotem, & hoc per asperersionem aquæ lustralis, etiam ab Episcopo non benedicta.
- 3 Ecclesia polluitur per sanguinis effusionem.
- 4 Ecclesia polluitur propter voluntariam humani sanguinis effusionem intra Ecclesiam contingentem.
- 5 Ecclesia vt polluta maneat non requiritur quod sit consecrata, sed sufficit quod sit specialiter benedicta.

Locis sacri nominis intelligitur non solum Ecclesia, aut cimiterium consecratum, sed etiam locus ad eam, vel alia divina Officia destinatus.

CAP. Si Ecclesia. X. & ult.

Ecclēsia non consecrata si polluitur effusione sanguinis, vel seminis, statim est lauanda aqua exorcizata ne suspendantur organa diuina laudis, & quam citius fieri potest, est consecranda. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Host. Anchar. Henric. Panorm. Viuian. in ration. lib. 3. inris Pontif. pag. 477. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 532. remissive Ximen. in concordant. part. 1.

Collige ex text. quod si Ecclesia non fuerit consecrata, sed tantummodo benedicta, reconciliari potest per quemcumque simplicem Sacerdotem, & hoc per asperionem aquae lustralis, ut per Nauar. in man. c. 27. n. 151. Tolet. in summ. lib. 5. c. 8. n. 15. Jacob. de Graff. in aureis decis. p. 1. lib. 2. c. 48. n. 10. Paul. Fulch. de visit. lib. 1. c. 15. n. 16. Cened. ad Decret. collect. 155. Henric. in summ. lib. 9. de Missa, c. 27. §. 6. & lib. 13. c. 15. §. 5. Sayr. de censur. lib. 5. c. 16. n. 31. Mar. Alter. de censuris, tom. 2. disp. 3. c. 4. versic. quod si, Vgolin. de officio Episcopi, c. 29. §. 8. n. 3. Fr. Ludovic. Mirandam in manuali Pralat. tom. 2. q. 39. art. 8. concl. 1. Auil. de censuris, p. 5. disp. 7. dub. 4. cum quo aduerte non esse necessarium quod aqua sit per Episcopum benedicta, ut Ecclesia non consecrata reconcilietur, licet hoc requirat Toletus, coniungitur enim ex verbis huius text. ibi, aqua protinus exorcizata lauetur, quod non liceret si Episcopi licentia, benedictio, aut auctoritas esset expectanda, ut exorcismus aquae per Episcopum esset faciendus, refero ego ipse de officio & potest. Episcop. p. 3. alleg. 28. n. 57.

Quae autem Ecclesiae praesumantur consecratae, ut eas si fuerint pollutae, teneatur Episcopus reconciliare? vide Syluest. in summ. verbo consecratio, il. 2. n. 3. Lambertin. de iurepatron. lib. 1. p. 1. in §. art. 2. quest. princ. n. 10. vers. an autem qualibet, Selu. de benef. p. 1. q. 6. n. 28. Malcard. de probat. concl. 582.

Aut sanguinis effusione, &c. Notatur ad hoc, quod per sanguinis effusionem Ecclesia polluitur, de quo plures citati Doctores ad cap. tuarum 11. n. 2. de primil. pag. 363. vbi num. seqq. adduxi multa requiritur quae considerantur, ut haec procedat resolutio dixi etiam alleg. 28. n. 30. cum seqq.

Semine. Notatur ad hoc, quod propter voluntariam humani seminis effusionem intra Ecclesiam contingentem illa polluitur, ut Doctores, quos citavi de officio & potest. Episcop. p. 2. alleg. 28. n. 42. vbi multipliciter declaravi num. seqq.

In gloss. Non consecrata, ibi, & ita Ecclesia non consecrata gaudet eodem privilegio, &c. Notatur ad hoc quod ut Ecclesia polluta maneat, non requiritur quod sit consecrata, sed sufficit quod sit specialiter benedicta, ut diuina fiant Officia, ita docent citati ad d. a.

radium, n. 10. Nomine enim loci sacri intelligitur non solum Ecclesia, aut cimiterium consecratum, sed etiam locus ad eam, vel alia Officia diuina destinatus. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 3. m. 16. vers. secundo. Vide quae dixi d. alleg. 28. n. 22.

De Celebratione Missarum, Sacramento Eucharistiae, & aliis diuinis Officiis.

TIT. XLI.



SUPER hanc rubricam. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Anchar. Panorm. Guilhelm. Durand. in breuiario auro, fol. 115. Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canonum, fol. 175. Martin. Meliart. in epitome Decret. fol. 147. Dan. Venat. in analysi methodica iuris Pontif. pag. 498. Goffred. & Host. in summ. huius tit. Alex. Callan. & Anast. German. in paratilis ad quinque libros Decret. Barthol. Carthagena in exposit. tit. iuris Canon. Zypæ. in analysi. postremi iuris Eccles. enarrat. pag. 297. nouissime Ioan. Honor. lib. 3. sum. in Decret. omnes sub hoc tit.

De Missa sacrificio vide Mich. Timoth. Ioan. Baptistam Scortia, Anton. Honcala, & Martin. de Prias in suis tract. de hac re editis, Conc. Trid. sess. 22. in decreto de obseruandis, & enitendis in celebratione Missae, Reperit. Inquisit. verbo Missa. Caiet. in opusculo de sacrificio Missae contra Lutherum, Sebast. Medic. in sum. conuincit haeresum verbo Missa, Barth. Humad. l. 58. gloss. 1. tit. 4. p. 1. Alphons. de Castro lib. 10. aduersus haereses, verbo Missa, citatos a Cened. ad Decret. collect. 44. n. 1. Card. Bellarm. in suis controuers. Cathol. vbi de Missa, Conar. lib. 4. var. c. 22. Zerol. in praxi Episc. p. 1. verbo Missa, Iodoc. Coec. tom. 2. thesauri Cathol. lib. 6. art. 4. Gabr. Valq. in 3. p. D. Thom. tom. 3. q. 83. disp. 220. Henric. in summ. lib. 9. de vero Missa sacrificio, Fr. Emman. in summ. tom. 1. c. 24. 2. de Missa, Barthol. ab Angelo in examine Confessorum dialog. 5. de Missa, Chamerot. de Sacram. vbi de sacrificio Missae, Balduin. inn. super opera controuers. Bellarm. p. 2. lib. 4. Azor. in instr. moral. p. 1. lib. 10. c. 18. cum seqq. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 29. a. n. 143. Soar. tom. 3. disp. 72. sect. 2. Bonacin. de Sacram. disp. 4. quest. vltima. Luc. Pinel. in tract. de valore Missae, Fr. Ludou. Miranda in man. Pralat. tom. 1. q. 41. per totam, Stephan. Fagnondez in quinque Ecclesia praecepta praec. 1. Ioan. Cerran. Episcopum Acerenens. expositione Missae sacrosanctae, ac caeremoniarum, quae in eius celebratione fiunt, & plures alios quos refero ego ipse de officio & potest. Episcop. p. 2. alleg. 24. vbi plura vtilia infero, pluresque dubias quaestiones in hac materia resoluo, videlicet an Missa pro multis celebrata tantum valeat singulis, ac si pro vno solo celebraretur? & an recipiens plura stipendia pro pluribus Missis celebrandis teneatur absolute tot Missas celebrare: ita ut secus faciens peccet mortaliter, ac teneatur ad restitutionem? & an denique Sacerdos, qui pingue stipendium pro Missa dicenda recepit, alteri Sacerdoti stipendium minoris valoris pro ea Missa celebranda tribuere, & reliquam partem sibi retinere possit. Super quibus quaest. cum hinc inde multa Doctores tradidissent Sacra Congreg. Conc. Sanctiss. D. N. Vrbani VII. auctoritate sub die 25. Iunij huius anni 1625. in hac verba: Sancte & pie inter declarationes de celebratione Missarum censuit.

Deinde vbi pro pluribus Missis etiam eiusdem qualitatis celebrandis plura stipendia, quantumcumque incongrua, & exigua siue ab vna, siue a pluribus personis collata fuerint, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Ecclesiis, Capitalis, Collegiis, Hospitiis, libus,